

II. Johann von Kuik empfiehlt dem Grafen Guido von Flandern, mit Albrecht von Oesterreich zu verhandeln. 1298 vor Mitte Juli.

Or. im Departementalarchiv zu Lille B. 434, n. 4189.

Magnifico viro et honesto domino suo dilecto, domino G. comiti Flandr[ie] Iohannes de Kyuc se totum ad quevis beneplacita et mandata.

Domine karissime, significamus vobis, quod dominus Albertus dux Austrie se scribens in regem Romanorum electum domino de Falkenbourgh demandavit, ut ad ipsum aut ad suos nuncios et consiliarios apud Crucenake hac feria quinta post diem beate Margharete vellet se transferre pro amicia et confederatione secum ordinanda et vobiscum et cum domino nostro duce¹, qui dominus de Falkenb[our]gh ipso die ibidem est iturus. Quare consulimus, ut virum discretum de vestris clericis cum litteris vestris patentibus dicto domino de Falkenb[our]gh potestatem conferentes transmittatis, ut^a quicquid ex parte vestra ordinaverit ibidem, ratum habeatis^b et firmum; mittendo^c dictum clericum vestrum feria secunda in sero post Marghar[etam] aut tertia apud Falkenb[our]gh de mane, ut cum dicto domino de Falkenb[our]gh aut suis famulis ulterius procedere poterit ad locum supradictum. Nam speramus, ut nobis dictus dominus de Falkenb[our]gh exposuit, cum dicto domino Alberto aut suis nunciis proficuum^d vestrum ac nostri domini . . ducis^e, secundum quod res ad presens se habeant, bene faciet et procurabit. Preterea scientes, quod nuncii domini regis Francie iam sunt iuxta ipsum aut ipsos et magnam pecuniam ipsi prebent pro negociis domini regis Francie procurandis, unde ut vestram utilitatem et proficuum^d diligitis, cum dicto nuncio et litteris festinatis.

Ohne Adresse auf der Rückseite, doch mit Siegel-schnitten.

III. Wilhelm von Holland verpflichtet sich zur Wahrung der Reichsrechte. 1337 Dec. 12.

Or. im Rijksarchief zu Arnhem n. 657.

Nous Guillaumez cuens de Haynn[au], de Hollande,

a) 't quicquid' auf Rasur. b) 'habentes' Or. c) 'o de' auf Rasur.
d) 'icuu' auf Rasur. e) 'duos' Or.

1) Johann II. von Brabant.